



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXV. De Octaua Corporis Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

¶ Compend. Sacr. Rit. Pa. XII. Tit. XXV.

tulo XXIV. de Processione SS. Sacramenti annotata, seruanda sunt.

6. Quia solitum est per totam hanc octauam exponere Sanctissimum Sacramentum super Altare dum Vesperæ, aliaque officia diuina recitantur, Altare decenter ornatum esse debet velis, floribus & alijs ornamentis.

7. Quando per octauam Sanctissimum exponetur Sacramentum, Sacerdos paratus in Sacristia Amictu, Alba, Cingulo siue superpelliceo, stolâ, & pluuiiali albi coloris præcedentibus Thuriferario cum thuribulo & Ceroferarijs cum facibus ardentibus procedit ad altare ante quod omnes simul genuflexunt, interim Sacrista vel alius in Sacris ordinibus constitutus aperit ostium tabernaculi. Deinde Celebrans imposito thuribulo sine benedictione triplici ductu thurificat SS. Sacramentum genuflexus mox susgens, ascendit ad Altare accipit SS. Sacramentum & vertens se ad populum cantat vers. *Tanquam ergo, semelque populum benedicens collocat monstrantiam cum SS. Sacramento in loco eminenti Altaris, factaque genuflexione, in superiori Altaris gradu genuflexus rursus SS. Sacramentum triplici thurificat ductu, facta ante & post profunda capitis inclinatione, postrem.* Celebrans surgit & facta in plano genuflexione recedit in Chorum, aut Sacristiam. Quæ Ceremoniæ etiam obseruantur in repositione SS. Sacramenti;

TITVLVS XXV.

De Octaua Corporis Christi.

1. **S**olicum est octaua die huius festi post finem Completorij instituere processionem ad repos-

ad ieposendum SS. Sacramentum, quæ non tam *Carem. Epiph.*
solemnis, & longa via, uti prima, sed per Eccle- *lib. 2, c. 33.*
siam, vel parum circa extra eam fieri debet.

2. Dum dicitur Completorium Ministri, Ce-
lebrans, Diaconus & Subdiaconus, Acolyti &
thuriferarij parant se suis paramentis, & aliis
Subdiaconus qui deferat Crucem processiona-
lem, sicque parati procedunt ad Altare piace-
dibus Thuriferarijs, Subdiacono eum *circus,*
& Ceroferarijs cum cereis accensis, postea sequi-
tur Celebrans medius inter Diaconum & Sub-
diaconum eleuantes pluviale de more.

3. Postquam ad Altare peruererint genufle-
ctunt omnes in plano, Deinde Celebrans sur-
gens imponit thus duobus thuribulis de more &
incensat SS. Sacramentum in loco suo, quo facto
imponitur ipsi velum oblongum, Deinde Dia-
conus ascendit ad Altare accipit Monstrantiam
cum SS. Sacramento & tradit de more celebranti
& fit processio iribus suprà, in processione SS.
Sacramenti præscriptis cum decantatione Hym-
norum de SS. Sacramento, *Pange lingua, Sacris*
solemnis, verbum supernum, habendo considera-
tionem longioris vel breuioris viæ, reponitur
que cum cæremonijs & cantu in Rituali Roma-
no de processione SS. Sacramenti præscriptis.

4. Postridie manè Sacrista vel alius Sacerdos
in Missa sumpro pretioso sanguine, sacram ho-
stiam, quæ in Monstrâlia afferuabatur, ante puri-
ficationem sumet. Lunulam vero diligenter pu-
rificabit, atque etiam, si videbitur, vino lotam
purificatorio exterget, & Monstrantiam
cum alijs vasis sacris securè depo-
net & reseruabit.